

Universitätsbibliothek Paderborn

Tripartita Demonstratio, Worin Augenscheinlich wird vorgestelt/ Daß Die Stadt Hildesheim von Jhrem Anfang biß hiehin den Herren Bischöffen Als jhren Landts-Fürsten/ Gleich anderen Municipal-Städten ...

Hildesheim, A[nn]o 1691.

Num. 39. Privilegium Imperatoris Sigismundi de non evocando Civitati Hildesiensi datum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38409

hen / daß allen Chur . und Fürsten des heiligen Reichs ihre primæ instantiæ, worunter die appellationes immediatorum subditorum gehoren/ ungeschmislert und unverrucket gelaffen werden / ut auch ben Menfchen . Bedencken dergleichen evocatio nicht mehr in usu befunden worden / quibus præmissis bene consideratis & ponderatis, bleibet es zu recht vest und beständig hierben Daff die obbemeldte zwen Ranfert. Privilegia fub lit. A.C. (n.39. 41.) Mera & pura Privilegia de non evocando ad forensia & extranea_ sæcularia solum Judicia non vero intranea & ordinaria... proprii Principis ac Episcopi uti Domini Territorii appellationis Judicia fenno / wovon inferior MU-NICIPALIS Magistratus seu Senatus Civicus Hildesiensis gleich gemeiner Burgerschafft nicht eximiret / sonderen der Landts Fürstlicher Ober Bottmässigkeit unterworffen ist: Inmassen Bir dan dahin und also berührte 2. Privilegia sub lit. A.C. (n. 39. 6 41.) hienut erklähren und erleuthern / wie diefelbe schon vorhin von aller - hochstbemeldten Raysern Sigismund / Carlen dem Funften / und Maximilian dem Zweyfen Kapierl. Majeit. Sub adj. lit. B.D. E. (n.40.42 & 43.) & certis claufulis senno declariert und confirmiret worden; Urfundtlich Unfer ordinarii, Decani, Senioris undan derer Doctoren der Juristen Facultät auff der Universität Würthung hier-unter getrückten Insiegels/jedoch anderer Rechts- Erfahrnen Mennung ehn begeben.

(L.S.)

Num. 39.

Privilegium Imperatoris Sigismundi de non evocando Civitati Hildesiensi datum.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, feliciter, Amen

Igismundus Divina favente clementia Romanorum Imperator, femper Augustus ac Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Notum facimus tenore præsentium universis, quod pro parte honorabilium, Pro-Consulum, Consulum, incolarum, & habitatorum utriusch sexus Universitatis Hildeshemensis, Nostrorum & Imperii sacri fidelium dilectorum. Majestati Nostræ suic cum humili precum instantia supplicatum, quatenus unum Privilegium ipsi super quibusdam libertatibus, per nos dum adhuc Romanorum Regio nomine sungeremur, datum & concessum, tanquam Romanorum Imperator, de innata nobis benignitatis clementia approbare, confirmare, ratificare, & innovare, gratiosius dignaremur, cujus quidem Privilegis Tenor de verbo ad verbum sequitur, & talis est.

Sigismundus

** 图图 (169) 图图 3**

Olgismundus DEI Gratia Romanorum_Rex semper_ Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, ad perpetuam rei memo-Driam, notum facimus tenore præsentium universis, licet circa universorum quietem promovendam quodam favore regio nostra continuò versetur intentio, ad illorum tamen libertates ampliandas, ac novas gratias concedendas, nostri culminis aspirant interna, quos in Nostri & Imperii facri fidelitate & constantia novimus singulari affectione perstitisse, ut Regià benignitate præventi ipforum fidelitas etiam in reipublicæ curà pervigili, se fructuosam atque sollicitam, poterit, exhibere, sane pro parte honorabilium Pro - Consulum, Consulum, Incolarum, & Habitatorum utriusch sexus & Universitatis Civitatis Hildesemensis, Conjunctim & Divisim Nostrorum_ & Imperii facri fidelium Dilectorum Nostræ Celsitudini oblata petitio continebat, quatenus ipsis, ut per quoscunque Judices fæculares, cujuscunque status, gradus vel conditionis pro tempore existerent, seu per quasvis litteras etiam Nostras aut Imperiales, quorumcunque tenorum existerent, etiamsi in eis de præsentibus plena & expressa mentio fieret, pro quibuscung merè civilibus, & etiam criminalibus causis extra dictam Civitatem Hildesimense n., ad quæcunque forensia & sæcularia Judicia, eriam publica & privata, ac in specie vel in genere, falvo, ad Nostræ Majestatis Curias & Judicium evocari vel trahi non possint, de speciali Nostræ Majestatis Clementia, pro nobis, Succelloribusq Nostris indulgere, & Authoritate Romana Regia concedere

gratiofius dignaremur.

Nos igitur dictorum Pro-Confulum, Confulum, Incolarum, Habitatorum, & universitatis sinceræ sidei affectionem, approbatæ constantiæ integritatem, ac sedulæ devotionis puritatem, quibus iidem Pro-Confules, Confules, Habitatores, Incolæ ac Universitas, in nostræ Majeltatis oculis, gratiofis fibi meruerunt fuffragari favoribus, debità consideratione revolventes, ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati, eisdem Pro-Consulibus, Consulibus, Habitatoribus, Incolis utriusch fexus, & Universitati Hildesimensi conjunctim & divisim animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed sano & maturo Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & Nobilium nostrorum & Imperii sacri fidelium Dilectorum accedente confilio, & ex certà nostra scientia, & Authoritate prædicta, ut per quoscunque Judices sæculares cujuscunque status, gradus vel conditionis existant, etiamsi in eis de præsentibus plena & expressa mentio fieret, un in quibuscung causis mere civilibus & etiam Criminalibus extra dictam Civitatem Hildesimensem, ad quæcunc seu qualiacunc forensia & sæcularia Judicia, publica vel privata in specie vel in genere, salvo ad nostræ Majestatis audientiam & Judicium trahi seu evocari nequeant, quinimò ibidem in dicta Civitate Actores, & Actrices, fi & in quantum eis conjunctim vel divisim justitia manifette denegata non fuit, juxta dictæ Civitatis consuetudines & MUNICIPALIA JURA vel Imperialia statuta definitioni Judicis vel Judicum sibi competentis seu competentium, non suspecti aut suspectorum stare debeant, pro nobis Successoribusque nostris gratiosius indulgemus, & authoritate prædictà, ac de plenitudine Romanæ Regiæ potestatis concedimus per præsentes, volumus tamen, & eâdem authoritate decernimus, quod unicuique coram eodem seu eisdem Judice vel Judicibus in eadem Civitate, Julitia, prout æquitatis & ordo dictaverit rationis, juxta consuetudines

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

is

na

& jura vel statuta prædicta ministretur, obstaculis remotis quibuscunque volumus etiam & Regio edicto statuimus, quod omnes & singuli processus, quos contra tenorem præsentium per quoscunque Judices sæculares, in judicio, vel extra judicium, publice vel occulte directe vel indirecte fieri contigerit, fint irriti & inanes, ac nullius efficaciæ roboris velmomenti, noîtris tamen & imperii facri juribus semper salvis, præsentibus tamen in suis roboribus perpetuo duraturis, Mandamus universis & singulis Principibus, Ecclefiafficis & Sæcularibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus & Clientibus, ac quorumcunque Civitatum, Oppidorum, Communitatum Rectoribus cæterisque Nostris & Imperii subdiris & fidelibus, quarenus Pro-Confules, Confules, Incolas, ac univerfitatem Hildesimensem, prædictos, contra nostras, concessionem, gratiam & indultum supradictas, coram quibuscunque Judiciis publicis vel privatis, extra dictam Civitatem, ad causam seu litem trahere non præfumant, fub pœnâ indignationis nostræ gravissimæ & quinquaginta Marcharum auri purissimi, quas ab eo, qui contra fecerit, exigi volumus, & earum medietatem Imperiali Ærario sive Fisco, residuam vero partem injuriam passorum usibus applicari legibus Imperialibus ac statutis & consuetudinibus MUNICIPALIBUS aliisque ordinationibus seu contrariis non obstantibus quibuscunque præsentium sub nostræ Majestatis Sigillo testimonio litterarum, datum in Schwabichswerden, Anno Domini 1418. 26. Septembris, Regnorum Nostrorum Anno Hungariæ 32. Romanorum verò 9. ad Procurationem Magistri Joannis de Arul. per Dn. Episcop. Pathavienf. Cancell, Paul de Toft.

TOs vero hujusmodi fupplicationibus eorum benigniter, inclinati, animo deliberato, facroque Principum, Comitum, Baronum, Procerum Nostrorum & Imperii facri fidelium accedente Confilio supradictum Privilegium ipfis Civibus & Civitati Hildefimenfi datum & concessium, approbavimus, ratificavimus, & confirmavimus, approbamus, ratificamus, innovamus, & præsentium tenore, Authoritate Imperiali, de certa nostra scientia, & Imperialis potestatis plenitudine gratiosius confirmamus decernentes eâdem Authoritate, & expresse volentes, ipsum Privilegium, in omnibus suis sententiis, punctis & clausulis, prout de verbo ad verbum expressatur superius perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem: Mandamus igitur, universis & fingulis Principibus Ecclefiasticis & Sæcularibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Officialibus quibuscunque Civitatum, Oppidorum, Villarum & locorum Communitaribus & Rectoribus eorundem, cæterisque Nostris & Imperii sacri subditis & fidelibus firmiter & & districte, ne præfatam universitatem Hildeshemensem contra Nostram gratiam in supradicto Privilegio expressam impedire, aliqualiter præsumant, prout nostram & Imperii sacri indignationem gravissimam, &pænam in eodem Privilegio expressam, voluerint arctius evitare. Præsentium sub Nostræ Imperialis Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Pragæ Anno Domini 1436. die 1. Meniis Decembris, Regnorum Nostrorum 27. Bohemiæ 17. Imperii verò 4to.

Ad Mandatum Dni. Imperatoris.

Petrus Kalde, Præpofitus.

Norhus,